℞ ☍ *nuc. moſch. expreſs.* ℨij.
*ſtill. angel. ſuccin. citr. meliſs.* ā ā
℈ x. *Juniper.* ℈j.
M. F. Balſamum cordis regioni manè & veſperi inungendum.

*D. Tilemanni* tale eſt, ex *Agricolæ chirurg. parv. tractat.* 7. *pag.* 783. deſumtum:

℞ *Acet. bezoard. Ol. amygd. dulc.* ā ā ℥j.
*Vin. malvat. mithridat. opt. theriac.* ā ā ℥ß.
*Succ. citr. expreſs.* ℥v. *ſalv.* ℥ij.
Miſc. ad lenem calorem, adde
☍ *juniper. citr.* ā ā ℥j. *ſcorpion.* ℥ß.
*Moſch. ambr. zibeth.* ā ā gr. ij. Miſce.

## Caput XIV.

## FEBRES JUNIPERO OPPUGNAT.

*Quatuor elementa in homine.*

Solem è mundo tollere videntur, qui microcoſmo præſentiam quatuor elementorum denegare audent, cum ipſe ſummus rerum Arbiter illis contradicat, qui *elementum terræ* mortali attribuit generi *Geneſ.* *Aqua* in ore & oculis ductibusque lymphaticis ſub ſeri nomine ſatis evidenter ſe conſpiciendam præbet, *Aërem* nobile illud cordis flabellum Pulmo inſpiratione & exſpiratione atteſtatur, *Ignis* præſentiam calor tàm naturalis

ralis, fonsque & officina caloris Cor, quàm præternaturalis arguit, quid multa? Lippis notum eſt, calorem febrilem ignis inſtar corpora hominum depaſcere & cum illo haud incongruè comparari poſſe Febres.

*Febrium differentia.* Harum autem magna eſt differentia, communiter tamen diſtingvuntur in *Primarias & Secundarias. Primariæ* dicuntur, quæ à propriis ſuis dependent cauſis nullumque alium morbum ſubſeqvuntur, *Secundariæ ſeu Symptomaticæ*, quæ ab aliis morbis vel inflammatione alicujus membri ortum ſuum habent. Differunt quoque febres, quòd aliæ ſint *Putridæ*, quæ a putredine humorum & à vaporibus è tali putredine excitatis, cor præternaturaliter calefacientibus, excitantur. Aliæ *non Putridæ*, quæ non à putredine humorum, ſed ex accenſis Spiritibus producuntur. Porrò occurrit differentia febrium talis, quod aliæ *febres* dicantur *Continuæ*, quæ à primo invaſionis tempore in eodem ſtatu ſine remiſſione & exacerbatione permanent. Aliæ *Intermittentes*, quæ poſt intervalla nunc breviora, nunc longiora diverſos inducunt paroxyſmos.

Omnes hæ febrium differentiæ variè iterùm ſubdividuntur, ut in *febres* σχετικὰς *&* ἑκτικὰς *in ſimplices & compoſitas,*

*poſitas, Diarias, Quotidianas, Tertianas Quartanas*, quæ itidem vel *Simplices* ſunt vel *Compoſitæ*, unde *Duplices Triplicesque* oriuntur *Tertianæ* & *Quartanæ febres*. Differunt quoq; ratione ſymptomatum & malignitatis, unde variæ oriuntur appellationes & differentiæ, quas tamen omnes recenſere, noſtri cum non ſit inſtituti, meritò ſuperſedemus.

In omnibus hiſce febribus *Juniperum* & ex illa præparata medicamenta aliquid ſingulare præſtare nulli dubitamus, quoniam aromaticæ, volatiles oleoſæque qualitates in illa partibusque illius maximè deprehenduntur, magnisq; humores peccantes & fermenteſcentes emendandi, temperandi, attenuandi, diſcutiendi & expellendi viribus pollet: Ubi enim humorum cruditas vel putredo corrigenda, craſſities & viſciditas attenuanda, malignitas expellenda, vel ſi in febribus acredo peccet bilis & oleoſitas, ſi pituita vel viſciditate vel ſalſedine ſua febres excitet, ſi ſuccus pancreaticus vel lympha aciditate, ſalſedine vel acredine febrile pariat fermentum, hæc omnia ſi corrigenda & ad ſtatum naturalem deducenda, ſique ſal volatile, acre, malignitatem fovens, expellendum, ecce hæc omnia *Juniperina* præſtant *medicamenta*: Probatione enim vix indiget,

 get,

get, quod dicta medicamenta hiſce omnibus ob diverſam præparandi methodum ſatisfacere poſſint, dum acida *ex Junipero* medicamenta ut *Acetum*, *Spiritus acidus ex ligno*, *Magiſterium Juniperi*, *Spiritus ex ſale Juniperi &c.* bilis acrimoniam ſalinam, ejusque craſſitiem, oleoſitatem & inflammabilitatem; Salſa, oleſa & ſpirituoſa, ut *Sal*, *Oleum*, *Spiritus*, *Extractum*, *Eſſentia &c. Juniperi*, pituitæ viſciditatem & glutinoſitatem, ut & lymphæ ſucciq; pancreatici aciditatem temperare & emendare, ipſumque ſal volatile, acre, malignum & venenoſum per loca convenientia expellere malignitatemque penitus tollere apta ſint, per ſe, vel cum aliis itidem ſpecificis, tàm diaphoreticis quàm diureticis & alexipharmacis mixta ſi exhibeantur: Quantam enim in febribus malignis præſtent utilitatem notum eſt, cur ergò uſus eorum in aliis febribus excludatur? Quapropter & in omnibus febribus tàm continuis, quàm intermittentibus *Juniperinis* tutò & feliciter medicamentis uti licere concludimus cum *Mynſichto*, qui Theriacam Saxonicam *Spiritu Juniperino* claram omnis generis febribus profligandis & extingvendis opponit, cujus deſcriptio talis:

℞ *Rob. ſambuc. ebul.* āā ℥ij. *C.C. phil. præparat.* ℥j.
*Succ. inſpiſs. fumar. Syr. papav. ſimpl. Spir. Juniper.* āā ℥ß.
*Bol. rubr. Ar.* ʒij. ⚇ *ſem. angel. Zedoar.* āā ʒij.

Miſce flammâ imbecilli in formam opiatæ. Doſ. quantitate Nuc. Moſchat. *Armament. Chym. ſect. 13. pag. 229.*

Sic in Tertiana *Rob Juniperi* ʒß. C. C. uſt. exhibet *Rolfincius lib. 4. Conſultat. V. p. 441. & Oleum Juniperi* ante paroxyſmum exhibere ſvadet *Conrad. Kunrath. medull. deſtill. pag. 443.* Singulare Sal febrifugum compoſitum deſcribit *Rolfincius lib. V. Chem. Sect. 1. Art 1. cap. 17.* *Febris Tertiana.*

℞ ⊖ *abſinth. card. bened. fraxin. junip.* āā ℥j.
*ſarmentor. vitium, corylin.* āā ℥v.
⊕ *i cum* ♀ *e præp.* ✱ *ci* ⏛ *t.* āā ℥j.

Solvantur in aqua fumariæ módico Spir. ⊖ li addito. Artis regulis obſervatis, emerget ⊖ cryſtallinum Febrifugum. Doſ. ℈ß. in liquore competente.

Et nos febre Tertianâ laborantes, præmiſſis & interpoſitis medicamentis per ſuperiora & inferiora evacuantibus, unius menſis ſpatio feliciter hiſce reſtituimus: *Obſervatio.*

℞ ⊖ *Juniper. card. bened. abſinth.* āā ℈ß.
*Rob. Juniper. Syr. card. bened.* āā ʒß.

Miſc.

Miſc. S. Schweißtreib: Safft auf 2 mahl.

Sæpius in curâ febrium obſervavimus, quàm variè morbis & inprimis febribus debellandis ſe idoneum præbeat ☿ius vitæ, ex ♁ii butyro, quod ex regulo & ☿to exſtillatur, confectus, ad grana V. enim in ſubſtantiâ exhibitus nullum plane vomitum, ſed largiſſimum ſæpè excitavit ſudorem, quo ægri maximè fuere ſublevati.

Omnibus præterea medicamentis *Juniperina* addimus, & inprimis 2. horis ante paroxyſmum exhibuimus ſequens:

℞ *Conſerv. roſar. violar.* ⊖-*lat.* ā̄ā ℥iß.
*Spir. ſalis coagulat. abſynthiac. juniper.* ā̄ā ℈ij.
*Salis card. bened.* ʒß. *Rob Juniper.* ℥ß.
∘∘∘ *juniper.* ℈ß.

Miſc. F. Electuarium. *D.* in pyxide S. Fieber-Zucker. Doſ. ʒij. ad ʒiij.

Quô primâ ſtatim vice exhibitô paroxyſmus plerumque levior & brevior fuit, poſteaque paulatim remiſit & penitùs evanuit.

*Quartana* QUARTANA laborans ſibique hydropem ex pedibus tumefactis metuens ſequentibus reſtitutus eſt, notante *Deckero in elegantiſſimis notis ad Prax. Barbett. lib. 3. cap. 3.*

℞ *Raſur. lign. quajac.* ℥iij. *cort. ejusd.* ℥ß.
*Rad. apii, petroſel. leviſt.* ā̄ā ʒvi.
*Bacc. laur. juniper.* ā̄ā ℥iß.

Coqu. ſ. a. ex ▽â purâ in Colaturæ ℥xxxvi. diſſolv.

*Syr. card. bened.* ℥ij. *ſpir.* ✱*ci* ʒj. ▽*æ theriac. ſimpl.* ℥j. Miſce:

Pulvis & Decoctum purgans, quibus præterea uſus eſt, videantur *locô citatô.*

Externè ad *quartanam* ex lienis obſtructione ſequens exhibet *Conrad Kunrath. meduk. p. 421.*

℞ *Fungor.* ℥ [illegible] *qv. infund. in Spir. Vin. q. ſ.* Sic ſolventur fungi illi & in liquorem ſe convertent, quo ſpina dorſi febricitantis à ſuperiori ad inferiorem usque partem illinatur & ſæpiùs hæc inunctio repetatur, ſic febris penitus evaneſcet.

In QUOTIDIANA febre ante paroxyſmum ſequens adhibet *Grylingius lib. V. Med. Pract. part. 2. cap. V.* *Quotidiana.*

℞ *Arcan. duplicat. Spir. coagulat. abſinth. vel Juniper.*

*Crem.* ♀*i* ãã ℈j. ☍ *bacc. juniper* ℔j.

Miſce D. in juſculo.

IN SYNOCHA ſimplici externè ad revellendos vapores aliàs ſurſum tendentes plantis pedum ſequens imponatur maſſa: *Synocha ſimplex.*

℞ *Gumm. tacamahac.* ʒij. *Vernicis, animæ, ſuccin.* ãã ʒß.

*Pulv. rad. pyrethr. diptamn. alb. valerian. ſem. eruc.* ãã ʒj.

Miſc. & c. ſ. q. fermenti & acet. rub. id. F. maſſa *Rolfinc. lib. 4. Conſult. 4. pag. 429.*

II. PE-

## II. PESTIS ET FEBRES MALIGNÆ.

QUamvis homo multis morborum generibus ad mortis caſtra quæ illum deducunt, ſit obnoxius, nullum tamen atrociùs in illum ſævit, quàm *Peſtis* & *Febres malignæ*, quippe quæ cito pede & in optimo ætatis flore conſtitutos numero aſſociant ſilentium, oppida & arva colonis viduantes, *peſte* quidem mitiores ſunt *febres malignæ*, periculo tamen pleniſſimæ.

*Peſtis.*

*Febrium malignarum differentiæ.*

Variè *Febres* hæ diſtingvuntur. Aliæ enim ſunt *Epidemicæ*, quæ in plures eodem tempore ſæviunt, ex aëris vel alimenti vitio ortæ, aliæ *Privatæ*, quæ hunc vel illum ſaltem hominem & quidem ob cauſam ſingularem ac veneni ferè nomine afficiunt. Præterea ſunt illæ vel *Contagioſæ*, quæ alios inficiunt vel *non Contagioſæ*, adſtantibus nullam noxam afferentes, quæ iterùm ſunt vel *Acutiores* paucis diebus ad finem tendentes, vel *Longiores*, plures dies durantes. *Franciſc. de le boë Sylvius lib. 1. Prax. Med. cap. 33.*

A *Peſte* quoque *Febres malignæ* differunt, earum differentias autem recenſere nimis prolixum fore judicamus, videatur de his *Sennertus lib. 4. de Febribus cap. 3.* Omni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0200-2
DFG

Omnibus hiſce, ut & ipſi Peſti adverſantur *medicamenta juniperina, Præſervativè vel Curativè adhibita*, paucas enim medicorum formulas Lernæis hiſce malis oppoſitas cernere licet, quæ non *Juniperinis* ornentur medicamentis, cum & *Juniperus ejusque bacca* per ſe inter alexipharmaca locum teneant haud poſtremum: Quantum enim ad præſervationem, quâ de primò dicendum, conducant, notum eſt, & *grana juniperi* in aceto macerata inque ſubſtantia exhibita, ut & Electuarium ex ſolis *baccis juniperinis* confectum ad peſtis præſervationem magnopere commendantur.

*Præſervantia Externa.*

Sic etiam *lignum Juniperinum, rami Juniperini, baccæ Juniperi* tàm per ſe, ut ſuprâ jam diximus, quam cùm aliis admixtis variè in ſuffitibus adhibentur, quorum varias habet formulas *Sennertus lib. 4. de febrib. cap. 7. Rhumelius part. 4. Iatr. Chym p. 631. Colerus cap. XI. lib. 1. de peſt. Mynſicht. ſect. X. Armament. Chym. p. 192. & 93. & alii*, ſicque unicum tantum lubet apponere Pulverem pro ſuffitu, *quo D. D. Chelius* tempore peſtis uſus eſt.

℞ *Rad. veter. Juniperi exſiccat. & tenuiſſimè inciſ.* ℔ß.
*Bacc. Juniper.* ℥iij. *Thymiam. thur. alb.* āā ℥iß.

*Sem.*

*Sem. nigell. coriandr.* ♁*to. macerat.*
*& exiccat.*
*Rad. ir. Flo. gumm. ladan. ſandar. Ar.*
*Ceræ alb. minut. inciſ.* ãã ℥j. *maſtich.* ℥ß
*Cort. citr. aurant.* ãã ʒvı. *Caryophill.*
*conciſ.* ʒij.
*Fl. lavend. ſummit. abſinth. c. ſemin.*
ãã Mß.
*Fol. ſpic. nard. ſalv. meliſſ.* ãã Mj.
*roſmarin. origan. majoran.* ãã pij.

Conſcindend. conſcindantur, Semina autem integra ſumantur & miſceantur S. ut ſupra:

Aliô, & quidem ſequenti modô, ſuffitum parare docet *Paræus lib. 21. Chirurg. cap. 19.*

℞ *Herb. rut. ſalv. anthos. bacc. laur.*
*Juniper. nuc. cupreſſ.* ãã *qv.*

Infund. Aceto, quod poſtea ignitis lapidibus aſpergendum.

De uſu horum ſuffimigiorum non imperitè monet D. Starck ut nimius eorundem uſus vitetur & eorum loco ignis apertus lignis odoriferis continuè inſtructus eligatur, præſertim ubi capitis metuenda gravitas, aſthma aliaque talia ſymptomata. *Tractat. de peſt. p. XI.*

Balſamum antilimicum ſingulare tradit *Rolfincius lib. 4. Chim. ſect. V. cap. 3.*

℞ °° *ſcorp.* ʒij. *angel. deſt.* ℈ß. *bacc. Junip.* ʒß.
*Nuc. moſch. expreſſ. q.ſ.* Miſc.

F. Bal-

F. Balſamum in peſte naribus, carpi confiniis, ſcrobiculo cordis aut ſub ſiniſtrâ mamillâ inungendum.

Acetum Prophylacticum *Cl. D. D. Arnoldi Weickardi* tale deſcribit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 37.*

℞ *Rad. Angel. zedoar. leviſtic. pimpinell. germ.*
*Rut.* āā Mj. *Turbith el.* ℥ij.
*Cort. citr. recent.* ℥iij. *Bacc. juniper. matur.* ℥iß. *Laur.* ℥j.

Inciſ. & contuſa ut moris macerentur cum Acet. acerr. Menſ. ij. poſtea deſtillentur per Alemb. vitreum & ſervetur pro uſu.

Oleum antipeſtilentiale, quo cordis, axillarum & ingvinum regio inungitur *Barthol. Bonacurſii vid. apud Schröderum lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 72.*

Inter interna Præſervantia commendantur Evacuantia, ut, ſi quid vitioſorum humorum in corpore deprehendatur, educatur & ſic fomes mali detrahatur. Sint autem illa leniora illisque Alexipharmaca miſta. Sic *Lagnerus tractat. de peſte* ſequentem ordinat potionem: *Præſervantia Interna.*

℞ *Fol. Senn. ſcabioſ. Rad. polypod.* āā ℥ß.
Conciſ. coqu. in ſ. q. ſeri lactis, exprimantur & adde:

*Caſſ. rec. extract.* ℨiij. *Elect. d. ſucc. roſar.* ℨij.
🜕 *juniper.* gtt.iij. Miſc. omnia S.
**Purgir Trăncklein.**

His ſuccedunt Aquæ Theriacales, Bezoardicæ & Antipeſtilentiales dictæ, quibus in præſervanda peſte inſignes vires attribuuntur. Omnes illæ plerumque *Juniperi partibus* inſignitæ coruſcant & paucas videbis iisdem ſpoliatas, variæ illarum formulæ videri poſſunt *in Appendic. Antidotar. Uffenbach. pag. 588. Hartmann. Prax. chimiatr. p. 31. Pharmacop. dogm. Querc. reſtit. cap. 7. Plateri Obſervat. libr. 2. p. 339. Timai à* Gülden-Klee *deſcript. medicament. p. 400. Caſ. med. annex. Tilemann. d. mater. medic. pag. 268.* aliisque quamplurimis, ex quibus ſequens magnarum perhibetur virium eſſe *à Mynſicht. ſect. 19. Armament. Chym. p. 326.*

℞ *Theriac. Venet.* ℥viij. *Terr. ſigill.* ℥ij.
*Rad. angel. hort. tormentill. enul. camp.* āā ℥ß.
*C.C. phil. præp. C. alcis eod. mod. calcin. Lign. Saſſafras, Bacc. Juniper. Cort. citr.* āā ℥j,
*Bolet. Cervin. Myrrh. rubr.* āā ℨvi.
♁ii *diaphoret. Croc. orient.* āā ℨiij.

Pulveriſata mixta infund. in Vini Malvat. ℔viij, macerentur per 8. vel 14. dies, poſtea in Bal. Mar. deſtillentur. Sic & Electua-

Electuaria Prophylactica extant quamplurima, tàm febribus malignis, quàm ipſi peſti contraria. Tale eſt Electuarium Alexipharmacum FF. cujus deſcriptionem tradit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 51.* Item Antidotus Hiſpanica, *cui ℅ juniperi aa* ℨi. admiſcetur, cujus deſcriptionem vide in *Crocologia Nobiliſs. D. D. Heraot. p. 245.*

*Platerus loco ſuprà citato* etiam tradit Antidotum, quam *baccæ juniperi* ingrediuntur & Electuarium Prophylacticum *Bartholini, baccis juniperi inſigne*, deſcribit *Philipp. Müllerus lib. V. miracul. Med. Chimic. p. 145.* ſequensque addit:

℞ *Fol. rut.* ℥ß. *Fic.* ℥ij. *Bacc. junip.* ℥iß.
*Nuc. maj.* ℥j. *Acet. vini* ℨij. Miſce in modum Electuarii: De quo ſumat jejunus iturus in aërem quantitate caſtaneæ.

*Verzaſcha lib. 17. Riverii Contract. ſect. 3. cap. 1.* hanc præſcribit opiatam:

℞ *Rad. tormentill.* ℨiß. *angel. ſuccis. vincetoxi* āā ℨß.
*Bol. Armen.* ℈ij. *C. C. phil. præp.* ℨij.
*Rob. Juniper. ſambuc. Theriac. veter. Mithridat. opt.* āā ℥ß. *Mell. qſ.*

M. F. Opiata. Doſ. quantitas nuciſtæ ante egreſſum è lecto.

Pulverem Bezoardicum *Juniperi baccis* exornatum ad peſtem tàm præca-

vendo quàm curando proficuum tradit *Uffenbachius lib. 3. Antidotar. ſect. 1. cap. 14.*

*Sal Juniperi* ut & *Extractum Baccarum* ejusdem generoſis adnumerat præſervatoriis *Wilhelmus Pithopœus Cæſareæ olim Majeſtatis Archiater pag. 6. Vincetoxici & ſeqq.*

Extractum Antipeſtilentiale aceto paratum exhibet *Sennertus lib. 4 de febrib. cap. 7. de præſervat. Peſt.* quod tale:

℞ *Rad. angel. valerian. olſuit. zedoar. ſcorzoner. tormentill.* ā℥j.
*Fol. ſcord. card. bened. dictamn. veronic. rut.* ā℥ß.
*Cort. citr. Bacc. Juniper.* ā℥j. *Sem. citr.* ℥ß.

Affunde aceti deſtill. qſ. F. Extractum, cui adde:

🜔 *deſt. citr.* ℈ß. 🜔*is fraxin. abſinth.* āʒj.

Doſ. *à* ʒß. *ad* ʒj.

Aliud Extractum, *Extracto Juniperino clarum*, ibidem addit & hanc Antidotum à Recentioribus laudari aſſerit.

℞ *Theriacæ* ℔j.

Extrahatur aquâ Bezoardicâ vel *Spiritu Juniperi* Tinctura. Feces calcinentur & cum aquâ cardui benedicti 🜔 extrahatur, liquorique, qui eſſentiam Theriacæ attraxit, miſceatur. Hinc liquor per Balneum deſtilletur, ut in fundo

Eſſen-

Eſſentia ſeu Extractum Theriacæ remaneat Syrupi conſiſtentiâ. Liquor qui exſtillavit eſt aqua Bezoardica ſatis efficax. Extracto adde:

*Eſſent. corallor. perlar.* ãã ʒij.
*Lapid. bezoar. ver. unicorn. veri* ãã ʒiß.
*Ambræ, Eſſent. è trochiſc. viperæ. myrrh.* ãã ʒj.

Super igne lentiſſimo miſceantur, ultimo adde:

☍ *citr.* g̃. vi. *camphor.* g̃ij.

Doſ. ad Præſervationem piſi magnitudine, ad Curationem ʒß. cum aqua Bezoardicâ.

Tincturæ Bezoardicæ expertiſſimæ, quâ peſte graſſante *D. D. Matth. Franc. Hertodt. ſe ſuos pluresque alios præſervaſſe teſtatur Nobiliſs. D. D. Joh. Ferdinand. Hertodt. S. R. I. Acad. Natur. Curioſ. Orpheus,* deſcriptionem *vide cap.* 21. *Crocologiæ pag.* 249.

Rotulas ad præſervanda febrium malignarum contagia certiſſimas vide ſupra *Cap. 7. hujus tractatus.*

Curatoria in peſte febribusque malignis quod attinet medicamenta, inter hæc *Juniperina* referri optimè merentur, cum eximiis viribus venenis adverſandi & ejiciendi ſint prædita. Ab Autoribus commendantur varia. Sic *Curatoria Interna.*

*Tenzelii* ſequens ſpecificum Alexipharmacum in peſte deſcribit *Grylingius lib. V. Med. Pract. part. 2. p. 755.*.

℞ *▽æ ⊕li ſecund.* ℥xxx.
*Rad. chelidon. in umbrâ ſiccat. angel. odorat.* ãã ℥iv.
*Herb. veron. c. flor.* Miv.
*▽æ vit. Juniperin. è baccis* ℔j.
*Maſſ. mumial. microcoſm.* ℥iv.
*Opii ad mentem Quercetani parati, loco tamen aceti, ſucco aurantior. præparati* ℥ß.
*Croc. opt.* ℥j. *ol. ſuccin. alb.* ʒj. *Liquor. CC. ⊕lat.* ʒx.

Radices & Herbæ cum ▽â ⊕li per 8. dies, in fimo equino digeſtæ per cineres in aquam deſtillentur, cui poſtea *Spiritus Juniperinus* affundatur, additis ſimul maſsâ mumiali, opiô, crocô, ol. ſuccini & Spiritu ⊕li ex CC. paratô. Circulentur per menſem in Arena, denique à ſpiſſo diligenter ſeparanda. Doſ. à ℈ß. ad ℈i. ad præſervationem, ad Curationem ℈ij. in liquore convenienti.

Liquor C.C. ⊕latus ita paratur, ſi Spiritus ⊕li C. C. uſto pari pondere affundatur & præmiſsâ exſiccatione poſt X. dies magno igne deſtilletur.

*Mindererus* aquam ad medicamenta exhibenda valdè commendat, quam *Juniperi baccis* pondere ℔j. nobilitavit, cujus

jus deſcriptionem vide *lib. 4. Sennert. d. febrib. cap. 8.*

Electuariorum uſus in peſte & febribus malignis à multis probatur. Sic Quercetanus ſummis extollit laudibus Theriacam ſuam Cœleſtem cum *Spir. Juniperino* paratam, cujus deſcriptionem vide in *Pharmacop. dogmat. reſtitut. c. 24.*

Nec officium denegabit ſequens non adeò pretioſum Electuarium *D. D. R*, quod *B. D. D. Hofmann. pag. 57.* revelat:

℞ *Nnc. jugland.* ℥iiß. *Flo. recent.* ʒij. *in*
🜊*to macerentur.*
*Fol. rut. recent.* ℥vi. *abſinth.* ʒij.
*Rad. Zedoar. oſtrut. dictamn. alb.*
ãã ʒiß.
*pimpinell. valer. gentian.* ãã ʒj.
*Rob. Juniper.* ℥j. *Terr. ſigill.* ʒiij. *Bol. Armen.* ʒij.
*Theriac.* ℥iß. *Fol. card. bened. veron.*
ãã ℥j.
⊖ *juniper. angel.* ãã ℥ß.

Miſc. F. Electuarium.

Plura alia ibidem deſcripta Electuaria *baccæ Juniperi* ingrediuntur citato loco videnda.

Sub formâ Extracti ſi quis appetat medicamentum antipeſtilentiale, huic ſatisfacient *Hartmannus in Prax. Chymiatr. p. 367. Sennertus & Tycho* de

*de Brahe*, Hujus deſcriptio, quam Rudulpho Imperatori ſubmiſsè comunicavit, extat apud *Schröderum lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 57.* & talis eſt.

1. ℞ *Theriac. Androm. veter.* ℔j.

Extrahe Tincturam cum Spir. Vin. rectificatiſſimo ad ſuperemin. palmæ affuſo, vaſe benè clauso. Effuſiones filtra & abſtrahe l. △e ad conſiſtentiam mellis.

2. Fiant Flores ♀is ſimplices ter per ſe & quartò ex Aloë, Myrrhâ & Croco ſemel leniter evacuati:

℞ *Horum* ℥iv.
*Juniper. è bacc. rectif. ad eminentiam digitorum 4.*
*(Succini ſi libet part. 4.)*

Stent in digeſtione tepidâ & imprægnabitur oleum tincturâ ♀is rubicundâ, effunde, & ſi libet, filtra. Itaque

℞ *Extract. Theriac. part. XII.*
*Balſ. illius ♀is part. I.*

Addendo, ſi libet, nonnihil Extract. Rad. angel. Mag. ſuccin. alb. & ⊖is abſinth. ut & de Spiritu illo Theriacali abſtracto aliquantulum, digerantur. Hinc Fiat Separatio ad conſiſtentiam mellis. Summum eſt curativum peſtis. Doſ. gr. viij, XI, XII.

*Sennerti* Extractum Antipeſtilentiale tale eſt:

℞ *Radic.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0210-8

℞ *Radic. angel. olsnit. imperator, zedoar. helen. valerian. vincetoxic.* ãã ℥ß.
*Tormentill. gentian. petaſit. ſucciſ. pimpinell.* ãã ℥j.
*Sem. leviſtic.* ʒiij. *angel. meliſſ.* ãã ʒij. *citr.* ʒj.
*Gran. Juniper.* Mij. *Flor. hyperic.* Mj.
*Fol. veron. meliſſ. artemiſ. ſcord. galeg. ſcabioſ. card. bened.* ãã Miß.

Cum Spir. Vin. Fiat Extractum. *Inſtitut. Med. lib. V. part. 3. ſect. 3. cap. 9.*

Elixir Peſtilentiale deſideranti exhibet *Crollius in Baſil. Chym. p. 286.* cujus deſcriptionem videatur *cap. 7.* hujus *tractatus.*

Eſſentiam Camphoræ Alexiteriam compoſitam talem tradit *B. D. D. Mœbius pag. 42. anot. camphor.*

℞ ☍ *bacc. Juniper.* ℥ij. *citr.* ℥ß. *ſuccin. alb.* ʒij. *angel.* ʒj.
*Camphoræ* ʒij. *vel* iij.

F. l. a. Solutio in Balneo, adde:
*Extract. liquid. zedoar. angel.* ãã ʒj.
*Croci* ℈ß.

Iterùm digere & ſerva pro uſu.

Miſturis qui delectatur, adeat *Grylingii Med. Pract. qui lib. V. part. 2. cap. 7.* plurimas earum tradit formulas.

Inprimis hîc commendari meretur Miſtura Antilimica *B. D. D. Rolfincii,*

cujus præſtantiam nunquam ſatis deprædicare poſſumus ob illuſtres, quas in febribus malignis & petechialibus *hîc & Viſenæ* aliquoties graſſantibus præſtitit, cum ex trecentis & ultra hiſce malis affectis curæque noſtræ in Praxeos noſtræ curſu commiſſis vix triginta vitali privari nectare permiſit, cujus compoſitio talis *lib. 4. Chym. ſect. 4. cap. XI.* proponitur.

℞ *Miſtur. ſimpl. diaphoret.* ℥ß.
*Eſſent. gran. junip. vino malvat. parat.*
*angel. rut. ſcord. meliſſ. card. bened.*
*gentian.* āā ℥j. *Croci* ʒij.
*Spir. CC. cum* ⊖ *e volat.* ℥j. *lign. ſanct.*
*eben. rect.* āā ʒij.
*Syrup. acetoſ. citr. ſcord. card. bened.*
*ceraſ. & caryoph. ſcorzoner.* āā ℥v.

Stent in digeſtione horarum 24. Adſerventur in vaſe, in quo ſuſpendatur nodulus:

*Ambræ* ℈ß. *Moſchi* ℈j.

Doſ. ʒij, iij. in aquâ Scordii.

Tincturam contra peſtem *Excell. D. D. Bauſchius Tractat. d. Unicorn. foſſil. p. 199.* talem componit:

℞ *Miſtur. ſimpl.* ℥iijß. *Spir. C. C.* ʒij.
*Rad. ſcorzoner.* ʒiß. *tormentill.* ℈iv.
*elen.* ʒj. *contrayerv.* ʒß.
*Bacc. herb. parid. contuſ.* ʒiij.
*Juniper, conquaſſ.* ℈iv.
*Cort. citr.* ℈ij. Miſc.

Stent

Stent in digeſtione in loco pro extractione Tincturæ, quæ filtranda.

Sequentem compoſitionem maximis in peſte aliisq; morbis malignis extollit laudibus *Pithopœus pag 71. tractatus citati*, & Diaſcordium compoſitum ipſius *Juniperinam ingredi Eſſentiam* teſtatur *pap. 95.*

℞ *☿ii fixi diaph.'c.* '☉: ℥j. ☉is *diaphor.*
*Magiſt. Corall. rubr. Rubin.* āā ʒij.
*Eſſent. croc.* ʒj. *juniper. fumar. hirundinar.* āā ℥ß. *quajaci*
*Bezoard. animal.* āā ℥j. *Moſch.* ℈ß.
*Ambr.* ℈iß.
⁂ *cinamom* gtt. iij. Miſce

Doſ. à g̃xII. ad ℈j. in ▽ vel Syrupo Fumariæ.

Pulveres contra Peſtem ſi quis exoptet, deſiderium explebunt ⊖ia Theriacalia dicta, ex viperis aliisque variis ingredientibus compoſita, tàm à veteribus, quàm recentioribus maximè commendata. Inter veteres horum meminit eorumque præparationem, cui baccarum juniperi ℔ij. adjungit, tradit *Galenus lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 18. & 19. pag. m. 1279.* Inter recentiores *Quercetanus* eadem corrigit & *cap. 24. Pharmacop. dogmat. reſtitut. pag. 828.* eorundem reformationem rectamque præparandi rationem edocet, illique *baccas Juniperi ad* ℥iv. addit. Inpri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0213-6
DFG

Inprimis *Confectionem viperinam juniperinam* extollit *Autor citatus cap. citat. pag. 808.* ejusque præparationem fuſè proponit citato loco videndam. De hoc pulvere ita loquitur: Pretioſiſſimus hic Pulvis ex tàm venenatiſſimo animali eductus ſuperat quævis alia alexiteria & alexipharmaca, ſi ad ℈j. porrigas.

Tabellas Cordiales contra peſtem ita præparat *Ambroſ. Paraus lib. 21. Chirurg. cap. 7.*

℞ *Rad. angel. gentian. hellen. zedoar.* ā̄ā ʒij.
*Sem. citr. acetoſ.* ā̄ā ʒß. *cort. citr. cinamom.*
*Bacc. laur. Juniper. Croci* ā̄ā ℈j.
*Conſerv. roſar. bugloſſ.* ā̄ā ℥j. *Sacchari qſ.*

Miſc. F. l. a. Tabellæ pondere ʒß. Doſ. num. 1. ante cibum.

Plures idem Autor habet medicamentorum formulas, *juniperinis medicamentis* conſpicuas, loco citato videndas.

*Externa.* Externa in peſte febribusque malignis tàm ad corroborationem, quàm bubonum carbunculorumve peſtilentialium maturationem & Curationem varia adhibentur, quibus *juniperina* addun-tur *medicamenta.*

Sic *Platerus* in febre maligna ſupra pul-

pulſus in utroque carpo Theriacam, additis caryophillis, croco pauxillo, *baccis juniperi* contuſis & cum aceto roſaceo ſubactis, applicavit, notante illo *lib. 2. Obſervat. p. 319.*

Et hîc locorum nihil frequentiùs eſt, quàm ad dolorem capitis in febribus malignis ſedandum capiti imponant ſequentia mixta:

℞ *Bacc. juniper. contuſ. ſem. carv. nigell. Mic. panis* ãã *qu. linteis incluſa capiti* imponantur.

Ungventum contra Peſtem *Antonii Florentini* ſequens tradit *Uffenbachius lib. V. Antidot. ſect. 1. pag. 564.*

℞ *Theriac. Androm. vet. opt.* ℥ij.

Coqu. in vaſe fictili optimè vitreato ad conſummationem medietatis, adde, cum ab igne remota fuerit:

*Rad. carlin. imperator. gentian. diptamn. alb.*

*Sandar. Ar. croc. opt.* ãã *pulveriſat.* ℥ij.

Miſc. F. Unguentum, quô cordis regio inungatur.

Emplaſtrum *Fiorovanti* ad peſtem tale deſcribit *Grylingius loco ſæpe citato:*

℞ *Reſin. pin. rec. Sandarac. Ar. ceræ rec. Sev. caſtrat. Fell. bovin* ãã ℥iv.

Bulliant in ℥xviii. ol. ſem. lini, usque dum fumum fœtentem ediderit, poſtea ab igne amoveantur, per linteum trajiciantur,

antur, addatur de Cerato Magiſtrali ad pondus omnium, iterùm coquantur, trajiciantur & cum ſequenti pulvere commiſceantur:

℞ *Thur. maſtich. myrrh. ſarcocoll.*
*Sang. Dracon. Ammoniac. virid. æris*
ãã ℥ß.

Cerato dum adhuc calet admiſceantur & ad uſum reſervetur.

*Lagnerus tractat. de peſte* ſequens ad venenata ulcera, ne ulteriùs ſerpant proponit.

℞ *Sapphirum orientalem verum* hunc *in oleum Juniperi* intinge & cum hoc circulum fac circa puſtulas venenatas, tunc venenum ulteriùs non ſerpet, ſed in hoc circulo puſtulæ aperientur.

Singularem in febribus malignis, præcipuè in morbo Ungarico, Curam & quidem Magicam edocet *Pharamundus Rhumelius, cap. 9. Iatr. Chym. p. 397.*

℞ *Baccar. Juniper. virid. & immatur. q.v.* Contundantur aſperſo ⊖e in mortario, poſtea capiti, tergo & plantis pedum imponantur, donec exſiccentur, terrâ ſepeliantur & impoſitio *baccarum recentium* repetatur usque dum omnis malignitas ſit attractata.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0216-4